USUARDUS. BENEDICTUS DE NURSIA. GRANUM PASSIONIS. VARIA
Melk, bald nach 1418 Seite 3
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41388
Copyright: Melk, Benediktinerstift



3.

at oblacio sacrificij. Unde et ydolatre dicuntur
qui homo est ydolis exhibent. nullo modo aliquid
tale offerimus aut offerendum precipimus
vel cuiquam martiri vel cuiquam sancte anime vel cuiquam an
gelo. Et si quis in hunc errorem dilabitur.
corripitur per sanam doctrinam. siue ut cor
rigatur siue ut condempnetur. Dum enim
ipsi sancti homines vel angeli exhiberi sibi no
lunt. quod deo deberi norunt. Apparuit hoc
in paulo et barnaba. quibus tamen commoti mi
raculis que per eos facta sunt. licaonij tamquam
dijs immolare uolunt. Concissis enim ues
tibus suis. confitentes et persuadentes se de
os non esse ita sibi uetuerunt. Apparuit enim
in angelis. sicut in apochalipsi legimus an
gelum se adorari prohibentem atque dicen
tem adoratori suo. vide ne feceris. con
seruus enim tuus sum et fratrum tuorum. deum adora.
Honorandi ergo sunt martires propter imitacionem.
non adorandi propter religionem. Adorandi sunt
caritate non seruitute

Responsio pro omni ad eosdem episcopos super eodem

Romacio et elio
doro sanctis episcopis Jeronimus presbiter Con
stat dominum nostrum ihesum xpm omni die matrem